

I. N. 7.

ANNOTATA  
IN PRIOREM AD CORIN-  
THIOS EPISTOLAM  
ANTI-GROTIANA.

CAPUT IV.

*Argumentum, & Partitio.*

**X**plicat, qvid Doctores verbi sint, ministri nempe & œconomi, in qvibus fides solūm reqviritur, qvam, ut cu: q; ab humano die judicetur, teste conscientiā probārit, laudem olim à Deo expe&lt;ans; monens, ne alter adversus alterum extollatur, cùm omnia à Deo accipiamus; & exprobrans, qvod Corinthii, qvassī jam dominantur, se efferant, atq; exemplo Apostolorum, qvi ab omnibus tanquam purgamenta mundi habeantur, ceu liberi ipsorum, humilitati studeant, ad sui imitationem mittit ipsis Timotheum, & promittit adventum suum, eo fine, ut experiatur turgidorum virtutem, qværens annè cùm virga, velint veniat, anne vero cum spiritu mansuetudinis.

Partes sunt tres I. *Informatio de doctorum verbi munere ad v. 5.*  
II. *Debortatio ab elatione ad v. 14.* III. *Reprehensionis mitigatio ad v. 21.*

P A R S I.

*Informatio de doctorum verbi munere.*

v. 1. Οὕτως ἡμᾶς λαζαγέωθεν ἀπέραποι. "

וְאֵין id est εκαστος, qvilibet. Hebraicus. Sic infra VI. 18, VII. 1. 26. XI. 27. Gal. II. 6. III. 15. VI. 1. VI. 7. & alibi s̄ape.

Ως ὑπηρέτας γένεται καὶ εἰκονόμος μυστηρίων Θεῶν.

Rursum erigit qvos, ut fidelium causa institutos, dejecisse videri poterat. Magnum est Messiae esse ministrum, & Dei dispensatorem ad elargienda ea, qm diu condita fuere. Τιμηστας hoc sensu habes & Lucas initio. Μυστηρίων voce intelligit dogmata Evangelica Vid. Rom. XVI. 25, supra II. 17. Οἰκονόμος dispensatores recte hic vertit Latinus.



Sic

DISPUTA  
TIO V.  
PUBLICA  
RESPON  
DENTE  
M. CHR  
STIANO FR  
DERICO  
WOGAN  
SAX, HAL